

四旬期第二週星期四

紫色

背逆天主，便是人的災禍：因為不是其他的人，更不是世上任何的權力，却是單獨天主能助佑而拯救人的（書信）。不是世間任何的福樂，却是單獨天主能滿足人求福的渴望。因此，我們的改過自新，同時我們的應盡義務，便是找求我們福樂的必備條件。我們却有一個救主，便是基督。祂是真的梅瑟（奉獻詠）：祂的祈禱給我們賺得了天主的寬恕，同時，祂又引領我們向我們的福地——天堂——進發。在封齋期我們所行的苦工中，該竭力避免失望，機械式的舊習，以及祇顧外表行動而無真心找求天主的偽善性（集禱經）。在彌撒中，我們憑藉領聖體與基督結合着，求祂賜給我們祂的聖德，祂的勇力，為能擯棄世俗而追隨祂于孝愛及順命之中。對祂的信賴，能避免一切的欺罔。

註 福音中所說：「他們也不會信從的」，是指耶穌已暗示了祂自己的復活，也不會被他們信從的。

詠 69 : 2 , 3 , 4

Deus, in adiutórium meum inténde:
Dómine, ad adiuvándum me festína:
confundántur et revereántur inimíci
mei, qui quærunť ánimam meam.
Avertántur retrórsum et erubéscant:
qui cógitant mihi mala. Ū. Glória
Patri.

Præsta nobis, quæsumus, Dómine,
auxílium grátiae tuæ: ut, ieiúniis et
oratió nibus conveniénter inténti,
liberémur ab hóstibus mentis et
córporis.
Per Dóminum nostrum.

耶 17 : 5 – 10

Hæc dicit Dóminus Deus: Maledíctus
homo, qui confidit in hómine, et ponit
carnem bráchium suum, et a Dómino
recédit cor eius. Erit enim quasi
myrícæ in desérto, et non vidébit,

進臺詠

天主啊！求祢急來救我。上主啊！
求祢急速助我。願我的敵人、即
是那些尋找我性命的，慚愧蒙羞。
願那些圖謀加害於祢眾僕的，退
後受辱。光榮歸於父……。

集禱經

上主，求祢賜給我們寵佑，使我們
以應有的奮勉致力于守齋和祈禱，
為能從身靈諸仇的手中獲得解救。
因我們主……。

書信

上主這樣說：「凡信賴世人，以
血肉的人為自己的臂膊，決心遠
離上主的人，是可咒罵的！他必
像一株在曠野中的檉柳，即使幸

cum vénerit bonum: sed habitábit in siccitáte in desérto, in terra salsúginis et inhabitábili. Benedíctus vir, qui confidit in Dómino, et erit Dóminus fidúcia eius. Et erit quasi lignum, quod transplantátur super aquas, quod ad humórem mittit radíces suas: et non timébit, cum vénerit æstus. Et erit fólíum eius víride, et in témpore siccitátis non erit sollicitum, nec aliquándo désinet fácere fructum. Pravum est cor ómnium et inscrutábile: quis cognóscet illud? Ego Dóminus scrutans cor, et probans renes: qui do unicuíque iuxta viam suam, et iuxta fructum adinventiónum suárum: dicit Dóminus omnípotens.

詠 78 : 10 , 9

Propítius esto, Dómine, peccátis nostris: ne quando dicant gentes: Ubi est Deus eórum? Adiuva nos, Deus, salutáris noster: et propter honórem nóminis tui, Dómine, libera nos.

路 16 : 19 – 31

In illo témpore: Dixit Iesus pharisæis: Homo quidam erat dives, qui induebátur púrpura et bysso: et epulabátur cotídie spléndide. Et erat quidam mendícus, nómine Lázarus, qui iacébat ad iánuam eius, ulcéribus plenus, cúpiens saturári de micis, quæ cadébant de mensa dívitis, et nemo illi dabat: sed et canes veniébant et lingébant úlcerá eius. Factum est autem, ut morerétur mendícus, et portarétur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mórtuus est autem et dives, et sepúltus est in inférno. Elevans autem óculos suos, cum esset in torméntis, vidit Abraham a longe, et

福來到，一點也不覺察，只住在曠野乾燥處，滿含鹽質無人居住之地。凡信賴上主，以上主作依靠的人，是可祝福的：他必像一株栽在水邊的樹木，生根河畔，不怕炎熱的侵襲，枝葉茂盛，不愁旱年，不斷結實。人心最狡猾欺詐，已不可救藥；誰能透識？我上主究察人心，考驗肺腑，依照各人的行徑和作為的結果，給人報酬。」這是全能上主說的。

臺階詠

主啊！求祢饒恕我們的罪惡，免得讓異邦人說：「他們的天主在哪裡？」天主啊！我們的救援啊！求祢救助我們。主啊！因祢聖名的榮耀、求祢解救我們。

福音

那時候，耶穌向法利塞人說：「有一個富家人，身穿紫紅袍及細麻衣，天天奢華地宴樂。另有一個乞丐，名叫拉匝祿，滿身瘡痍，躺臥在他的大門前。他指望藉富家人桌上掉下的碎屑充饑，但只有狗來舔他的瘡痍。那乞丐死了，天使把他送到亞巴郎的懷抱裡。那個富人也死了，被人埋葬了。他在陰間，在痛苦中舉目一望，遠遠看見亞巴郎及他懷抱中的拉匝祿，便喊叫說：『父親亞巴郎！可憐我罷！請打發拉匝祿用他的指頭尖，蘸點水來涼潤

Lázarum in sinu eius: et ipse clamans, dixit: Pater Abraham, miserere mei, et mitte Lázarum, ut intingat extrémum dígiti sui in aquam, ut refrígeret linguam meam, quia crúciór in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili, recordáre, quia recepísti bona in vita tua, et Lázarus simíliter mala: nunc autem hic consolátur, tu vero cruciáris. Et in his ómnibus, inter nos et vos chaos magnum firmátum est: ut hi, qui volunt hinc transíre ad vos, non possint, neque inde huc transmeáre. Et ait: Rogo ergo te, pater, ut mittas eum in domum patris mei. Hábeo enim quinque fratres, ut testétur illis, ne et ipsi véniant in hunc locum tormentórum. Et ait illi Abraham: Habent Móysen et Prophétas: áudiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mórtuis íerit ad eos, pæniténtiam agent. Ait autem illi: Si Móysen et Prophétas non áudiunt, neque si quis ex mórtuis resurréxerit, credent.

出 32 : 11 , 13 – 14

Precátus est Móyses in conspéctu Dómini, Dei sui, et dixit: Quare, Dómine, irásceris in pópulo tuo? parce iræ ánimæ tuæ: meménto Abraham, Isaac et Iacob, quibus iurásti dare terram fluéntem lac et mel. Et placátus est Dóminus de malignitáte, quam dixit fácere pópulo suo.

Præsénti sacrificio, nómini tuo nos, Dómine, ieiúnia dicáta sanctíficent: ut, quod observántia nostra profitétur extérius, intérius operétur efféctu. Per Dóminum nostrum.

我的舌頭，因為我在這火燄中極其慘苦。』亞巴郎說：『孩子，你應記得你活著的時候，已享盡了你的福，而拉匝祿同樣也受盡了苦。現在，他在這裡受安慰，而你應受苦了。除此之外，在我們與你們之間，隔著一個巨大的深淵，致使人即便願意，從這邊到你們那邊去也不能，從那邊到我們這裡來也不能。』那人說：『父親！那麼就請你打發拉匝祿到我父家去，因為我有五個兄弟，叫他警告他們，免得他們也來到這痛苦的地方。亞巴郎說：他們自有梅瑟及先知，聽從他們好了。』他說：『不，父親亞巴郎！倘若有人從死者中到了他們那裡，他們必會悔改。』亞巴郎給他說：『如果他們不聽從梅瑟及先知，縱使有人從死者中復活了，他們也必不信服。』」

奉獻詠

梅瑟在上主、他的天主面前，懇求說：「上主！祢為什麼要向祢的百姓發烈怒呢？求祢是怒，請祢記念祢的僕人亞巴郎、依撒格和雅各伯！祢曾起誓許過祢要把流奶與蜜的土地賜給他們。」

密禱經

上主，但願我們獻于祢聖名的齋戒，藉此聖祭聖化我們，使我們以苦行所表示於外的旨意，能實行於我們的心坎中。因我們主...

四旬期頌謝詞

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias ägere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus: Qui corporáli ieiúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largíris et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítte iúbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

若 6 : 57

Qui mandúcat meam carnem et bibit meum sánguinem, in me manet et ego in eo, dicit Dóminus.

Grátia tua nos, quæsumus, Dómine, non derelínquat: quæ et sacræ nos déditos fáciat servitúti, et tuam nobis opem semper acquírat. Per Dóminum nostrum.

Adésto, Dómine, fámulis tuis, et perpétuam benignitátem largíre poscéntibus: ut iis, qui te auctóre et gubernatóre gloriántur, et congregáta restáures et restauráta consérves. Per Dóminum nostrum.

主、至聖的父、全能永生的天主，我們時時處處頌謝祢，實是正義而必須的，屬於我們天職的，也屬我們的得救。祢藉著我們主基督，以我們於肉身上所甘受的齋苦，來遏制我們的私慾，提高我們的心靈，賜給我們功德和酬報。藉著祂（基督），對於祢的尊威，諸天神予以讚美，宰制者予以欽崇，掌權者予以敬畏，諸天萬軍和普天的異能者以及有福的熾愛者，相與歡欣而予以祝賀。求祢恩准我們的禱聲，也同他們的歌韻合成一起，共發虔恭的頌讚：

領主詠

主說：「誰吃我的肉，並喝我的血，便住在我內，我也住在他內。」

領主後經

上主，祈望祢的恩寵總不離開我們，但願它使我們能專誠事奉祢，並將祢的援助，常常供給我們。因我們主……。

為教民誦

上主，求祢臨佑祢的僕役們，並將祢永久性的慈愛，賜給向祢呼求的人們；他們既以認祢為他們的造生和宰制之主而自榮，求祢將原先充滿在他們身上的諸恩，重行恢復，並將恢復的予以保存。因我們主……。